

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

**Refutatio Brevis Brevissimi Responsi Necessariae Defensioni, circa
Quaestionem: An Nuptiae comprivignorum, novo inter parentes partu praesente
contrahi possint, oppositi**

Rostochi[i]: Rostochi[i]: Bibliopolium Hallervordianum: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730057836>

Druck Freier  Zugang



Ja - 1126(12)¹²

REFUTATIO BREVIS

Brevissimi Responsi

Necessariæ Defensioni, circa
Quæstionem: An Nuptiæ compri-
vignorum, novo inter parentes partu præ-
sente contrahi possint, oppositi.

Adornata.

JOHANNE COTHMANNO, S.S. Theo-
logiæ Doctore, & Academiæ Rostochiensis
Professore, ac Consistorij Ducalis
Assessore.



ROSTOCHI,
Venalis in Bibliopolio HALLERVORDIANO prostat.
Impressit NICOLAUS KILIUS, Acad. Typogr.

Anno M DC XXXVIII.
Ta - 1126 (12) ¹²

BRITANNIA

McGraw-Hill Education
McGraw-Hill Education • An Imprint of The McGraw-Hill Companies



A circular library stamp with a double-line border. The outer ring contains the text "JOHANNES CATHARINA BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS BONNENSIS". Inside the circle, at the top, is "Ex" and at the bottom is "Bibliotheca". In the center, the word "BONN" is written vertically.



Admodum Reverendis, Con-
sultissimis, & Clarissimis Viris, has
Pagellas, ut & necessariam meam de-
fensionem lecturis,

Salutem & Officia.

 Iri admodum Reverendi, consul-
tissimi, & clarissimi, Domini amici &
fautores honorandi, accidit præter exspectatio-
nem & votum meum, ut quodam Theologiae Stu-
dioso & Philologo simul, publicè in hac nostra
Academia, pro disputatione, comprivignos præ-
sente novo partu propter legis naturalis *Lev. 18. v. ii.* prohibitionem
conjungi non posse, asserente, ego me illi veritatis defendendæ causa
brevi corollario opponerem, demonstrans: comprivignos sicuti ante
novum partum matrimonialiter conjungi potuerunt, ita & post no-
vum partum. Illum quippe nec novum infer. comprivignos sanguinē,
adversa parte concedente, neq; novam nuptias impedientem affinita-
tem, conciliare. Adversarius meus ut Thema suum defendere, no-
vam & haçtenus inauditam affinitatis fingit definitione *v. 23.* eo
solum fine, ut affinitatem nuptias prohibentem (quam carnis carnem
rocat) inter comprivignos, novo accedente partu, dari evincat.
Quamvis vero nemo, nisi mentem habens præoccupatam, huic facile
locum dabit definitioni, ad opprimendam quippe veritatem ab Ad-
versario meo fictæ, & nil nisi principij petitionem continent. Quis
enim illi novas fingendi definitiones potestatem concessit? attamen
quia sibi in fictione sua valde placet, & omnes Theologos, Ictos, &

A 2

Censi-

Consistoria erroris, & quidem non levis, sed abominandi & detestan-
di arguit & insimulat, ea propter omnes & singulos, meas hac in qua-
stione publicatas pagellas lecturos ero, ut consideratis utrinq; ratio-
nibus, cui hacin parte palma danda sit, brevi scripto significant, &
vel Theologos, Ictos, & Consistoria hactenus periculosissem errasse,
cum Adversario meo dicant: vel si aliud, quod omnino arbitror, de-
prehenderint, ita Juvenilem illius incogitantiam increpant, ne im-
postorum integros ordines Theologorum, Ictorum, & Consistoria-
lium, nescio cuius, nefandi erroris arguat. Si qui præterea essent, qui
Adversarij mei formale & scrutinium Accentuum examinare vel-
lent, & num hac in re tanta necessitas sita sit inquirere, ut sine illarum
verum exacta cognitione Scriptura sacra dextrè & rectè explicari ne-
queat, facerent sine dubio Reipubl. literariæ rem oppidò gratam, &
sibi immortale nominis gloriam acquirerent. Non dubitabo Jeho-
vam aliquot Spirif. S. donis instructurum, ut opus hoc in Dei glori-
am, & Ecclesiæ commodum, ac multorum studiosorum emoltimentu-
m, primo quoq; tempore alacriter incipient. Quo tandem rixis
& litigiis finis imponatur, & veritas jubaris instar elucescat. Tædet
me harum contentionum; proinde in Quæstione principali de com-
privignis, eruditorum censuræ me jam antè submisi, quod & hic re-
peto: Valete viri clarissimi. Dab. Rostoch. 3. Febr. Anno 1638.

R. R. V. V.

&

Claritatum observantiss.
& Studioff.

JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theol. D. & P.

IN NO-

IN NOMINE JESU, AMEN.

Inem tandem fore arbitrabar istarum litium, que hactenus me invito, fuerunt inter me & quendam alium. Utq. hunc scopum attingerem apertis verbis dixi in mea Defensione p. 14. quod me submittam censurae celeberrimarum Academiarum, ne illa contentionis serra inter nos reciprocetur. p. 54. scripsi: nova contradictione. post hac opus non esse, quia compromiserim me in judicio & censura illarum Academiarum, quibus mea defensio inscripta, acquieturum. Et addidi: me stare velle, vel cadere, in hac comprivignorum materia, magnorum iliorum virorum, ad quos ab adversa parte provocatum est, iudicio.

Sed ecce inquietus meus adversarius, non contentus haec mea justissima oblatione, quam vel eo nomine repudiare non debuit, quia ille primus ad celeberrimas illas Academias provocavit. Ego verò illum pacis & concordiae studio, quod ejusmodi contentionibus non delecter secutus sum, itidemq. in hac materia ad illarum Academiarum censuram provocavi, litigemq. hanc & controversiam dirimant petij.

Quia verò sine dubio metuit, hanc rem ex nutu & voto non cessuram, proinde nescio quas non formet hypotheses, novam fingat affinitatis definitionem, & conqueratur famam & existimationem suam à me lasam. Quod si hoc me studio intendisse dixerit, falsum est quod ait. Si quid ex accidenti, occasione suarum assertionum factum, sibi imputet.

A 3.

Nam

Nam qui quæ vult dicit, quæ non vult sæpius audit.
Alias qui me norunt, & sine affectu loqui volunt, nunquam
mihi verè hoc tribuent, me ullius famam, vel existimationem
unquam lessisse. Erras ergò mi homo, non ego te lessi, sed si te la-
sum putas, tuis id factis ascribe. Num cogitas quid feceris?
Theologos, Jure consultos, & Consistoria insimulas concedere
casum matrimonialem, quem tu vocas abominationem da-
mnabilem & execrabilem ob cujus concessionem cogitandum
sit, anne hodie in Germania in patriis sedibus vacillamus.¹¹¹³

Argumentis ad hanc rem confirmandam uteris, ex ima-
ginatione tua formatis. Probatur inter compri vinos nec esse
sanguinis nexum, nec nuptias impedientem affinitatem. Ulti-
mum, quia primum concedis, ut obtineas novam & hactenus
inauditam fabricas affinitatis definitionem, quam singis esse
in Scriptura p. 11. 23.

Quando jam infero hanc summam esse audaciam vi-
rum, Juvenem 26. annorum eot laudatissimis Theologis, pru-
dentissimis Ictis, ac bene constitutis Consistoriis contradicere,
ob imaginariam aliquam rationem, ut illi palam est, qui sine
affectibus, ex lumine naturæ hanc rem dijudicat. Conquere-
ris famam tuam labefactari, invidiam tibi conciliari, sed num
ego hoc facio? imo tu ipse tue fortuna & invidia faber es. Ego
certè optarem te nunquam hanc Camerinam movisse, & nun-
quam me contradicentem habuisses, ex nullo enim alio capite
nisi veritatis defendende gratia tibi contradico, licet tu secus
arbitreris in prefatione.

In reliquis tuis assertionibus, ut & ipso formaliter, ut vocas,
si reliqui Theologi & viri eruditi, utilitatem aliquam inesse
putant, quam me nondum videre faceor, per mel licet pergas,
ego monendo meo satisfeci officio. Noli ergò arbitrari, me in-
vidia persona tue vel tantillum facere, & quamvis etiam non-
nullis sarcasticis locutionibus tuis in hoc ultimo scripto, me &
meam

meam existimationem non parum laeseris, tegam tamen hoc
pallio charitatis quantum possum, & quantum fama mea ad-
mitit. Adscribam illum infirmitati humanae, & fervori ju-
venili, aliisq; causis factum aliquot excusare valentibus.

Ut vero brevibus me absolvam percurram Adversarij
mei responsū breviissimum, eiq; notas quasdam uberioris de-
clarationis causa addam.

Dicit ergo: 1. nihil sibi rei esse in hoc, & priori tra-
statu cum legibus cæsareis, consistoriis, vel ullo sive
Iecto, sive Theologo. Respondeo protestatio hæc proœmia-
lis est contraria facto. Nam dum illorum assertionem pro ab-
ominatione habes, & tali quidem, ob quam gentes terra sua
sunt expulsa, & leges imperatorias hac de questione agentes,
divinis legibus conterarias esse audacter ait, miror certè te af-
firmare posse, nihil tibi rei esse cum illis, quorum tamen affer-
tionem opinione illorum licitam, pro re detestanda reputas.

2. Me sine consensu Theologorum Facultatis
Theologicæ, & Senioris, refutationem suscepisse.
Resp. illud veritati nihil præjudicat. Ego enim ut Professor
ordinarius, non tenor alterius consensum obtainere, quando ve-
ritatem defendo, quam tu impugnas. Tibi studioso licuit ve-
ritatem sine consensu Facultatum impugnare, à Theologis,
Ictis, & consistoriis assertam, & mihi professori nisi speciali in-
dulcu, non concederetur, veritatem à te impugnatam defen-
dere? quid hoc monstri est! Nosti insuper duos tantum in Fa-
cultate nostra, quando mea defensio publicata, praesentes esse,
paria esse vota sunt. Si unus dissentit, alter consentit.

3. Me disceptationis hujus causam dedisse. Resp.
falsum hoc est; tu enim primus haec litem movisti in dispu-
tationibus 9. & 10. quibus ego corollaria mea opposui. Nisi tu
controversiam hanc, ut & non nulla alia incepyses, ego contra
te nunquam scripsisse,

4. Aca-

4. Academiam nostram non indigere succursu.
Respondeo utiq^z, quia enim oculi plus vident quam oculus, pro-
inde necessarium est, ut in casibus dubiis, mutuas Academia si-
bi tradant operas, si enim, ut omnino certus sum, hactenus re-
cepta sententia à me defensa, veritati consona, multi certè stu-
diosi à te in errorem illum, quasi nuptiæ comprivigno-
rum abominandum & detestandum sint scelus, indu-
cti sunt, à quo non citius liberabuntur, nisi viderint alios vi-
ros clarissimos, tibi quog, contradicere.

5. Refutationem meam misere cessisse mirum non
esse. Resp. noli judicare ante eventum, tempus dabit quid
illa operatura sit. Qui hactenus illam legerunt, scio multos
esse viros clarissimos & studiosos doctissimos, sententiam rece-
ptam, qua & mea est, approbantes, tuamq^z novam impro-
bantes.

6. Versionis meæ argumenta esse ficalnea. Resp.
dicitur non probatur. Imo ego versionis tuae nova & suspecta
nulla audi vi argumenta. Et quid de mea habendum, dicent
alij, tu hac in suspectus es arbiter. Rogo, ne te judicando
principites.

7. Me qui nunquam philologica professus, velle
se docere Grammaticam, & nominare suum discipu-
lum. Resp. licet non sim philologus, rancum tamen laus D'E O
scio, quid molesteth sit, & quam significacionem pro ratione tex-
tus in h.l. habere debeat. Nuge vero sunt, quando aie me velle
se docere Grammaticam, ubi hoc dixi aut scripsi? Imo ubi lo-
corum ego te meum vocavi discipulum. Hoc dixi & scripsi te
obrulisse mihi publicè officia, qua à discipulo (hac enim verba
tua erant) profici sci possunt. Sive velis sive notis meus esse di-
scipulus, mihi perinde est, ego te nunquam hoc nomine vocavi.

8. Rationes suas ita a me refutatas, ut non sine
causa suspicetur me se tentare voluisse, num dignus
sit

sit gradu magisterij, & num habeat sensum communem. *Respons.* quale tu habeas judicium, certe hoc ipso prodis, dicant hoc alij, tu in propria causa index esse nequis.

8. Me sumere id quod non sit meæ professionis, censere disputationes philosophicas. *Resp.* quales tue sint disputationes arguit è virtutis, & literate stantur alicujus Theologi à te mihi misse, multæ ibi continentur materiae Theologicae, que certè sine Theologorum censura proponi non debuissent. *Concessio philosophorum* qua de scribis, de habendis disputationibus sine censura, absq[ue] dubio limitata, non absoluta fuit, presupponens, et tantum philologica, non vero Theologica propositurum.

9. Fictum meum nomen ad disputationem primam non magis necessarium, quam Decani Facultatis Medicæ. *Resp.* disputatione illa à Facultate Philosophica non Medicæ, sed nostræ Theologicæ mittebatur censenda. Cuius Facultatis cum aquæ membranam sim, ac cæteri mei collegæ, utiq[ue] & mea subscriptione opus fuisset. Quia vero causas mei dissensus habebam, Philosophi vero consensum unanimem Theologorum urgebant. Ecce manus prodijt, sed non ex pariete Dan. s. v. s. consensum illum fictum demonstrans. Anne hoc laudandum! minime. Noli ergo excusare quod non est excusandum, ne te excusando suspectum reddas.

10. Ait sibi philologo Hebræo ita loquendum esse, nisi asininæ imperitiæ dici velit reus. *Resp.* Ergone omnes Hebræi & Philologi ante te Asinina imperitiæ rei sunt? Qui aquæ intellexerunt lingvæ Hebraæ naturam & indolem ac tu, & tamen istis novitatibus non sunt usi. Quod dicas te de novis modis loquendi publicare specialem tractatum, id scias fieri contra consensum Reverendissimi Academia nostre Cancelarij, ac Rev. Concilij, & illud ex mpera inhibitione Rev. Concilij tibi notū esse non dubito, & bene cogita si contra prohibitio-

B

nem

nem illam aliquid feceris, ne, oblatio multa so. Imperialium
p. 6. sit ominosa, continens aliquid arcani!

11. Dicit me improbare scrutinium formarum,
quod tamen alij probent. *Respons. ipse nosti quod initio*
& ego illud non improbaverim. Quia verò progressu temporis
vidi, illud scrutinium multa scriptura loca aliter exponere, ut
ante factum est, multa etiā esse coacta, & præterea adhuc nulla
evidens, quantū ego video, appetit utilitas istius exercity, ma-
gno tamen cum labore ac temporis jactura conjuncti. Proinde
dixi Theologia studiosos, illos imprimis quibus curia suppelleb^x,
& ingenium non adeo facundum, studiis suis melius consulere,
si solliciti sint, de significatione radicis materiali, prout in hoc
vel illo loco Biblico extat.

Ne jam dicam metuere me, progressu temporis alios futuros,
qui alias radicum formas inventuri sint. Et ita vanus
erit omnis iste labor, pro inveniendo & eruendo formalis impensis. Imo & hoc metuo pro ratione ingeniiorum formale variū
& mutabile futurum, & sic omnis tandem periret scrip-
ptura certitudo. Sed eventus omnia comprobabit. Quod si
alij eruditri reig. hujus periti, studium hoc necessarium & utile
judicabunt, ego non ille ero qui meo loco illud impiediat.

12. inquit quod mutilate diem Adventus Christi esse diem iræ allegarim. *Respondco provoco ad textum*
& ipsam disputationem.

13. Provocat ad Dn. D. Mislentam, & reliquos in
Germania Theologos, qui Dasipodiana opera tan-
tum uti tenentur, judices non agnoscit. *Respondeo hic*
tuo indicio peris ut sorex, & quantifacias Theologos, profesio-
ne non Hebraeos, aperte indicas. Dn. D. Mislentam amicum me-
um veterem & in Christo fratre honorandum, hanc tuam au-
daciā & lingua ac calami libertatem non probaturum sat scio.

Agnoscit.

Agnoscit ille mecum praeceptorem Dn. D. Mentzerum, qui
itidem in Hebreis non illos fecerat progressus, ut non quandoq;
Dasipodiana opera, sicuti per contemptum loqueris, uti ne-
cessum habuerit: non enim omnia possumus omnes. Et divisio-
nes donorum Spir. S. sunt. At quantus ille vir erat? quam pro-
fundi in rebus Theologicis judicij? adeo ut licet D. Helvicus
ex Professo fuerit Hebreus, nunquam tamen certus sun. dixi-
set, se non agnoscere judicem Mentzerum, Dasipodiana o-
pera utentem.

Adhuc hodie in Germania, laus Deo, viri Theologi sunt
quam plurimi, qui quamvis ex professo Hebraea non profitean-
tur, proindeq; opera Lexicorum, sive Dasipodiana, ut tibi
loqui placet, quandog, ut antur, tunc illos propterea adeo impe-
ritos esse affirmabis, ut hac de re judicare non posse dicas? Num
cogitas multos viros graves hanc tuam loquendi libertatem
videntes miraturos, tēq; hominem superbū esse dicturos, qui
viros magnos & graves Dasipodiana opera, uti loqueris, uten-
tes adeo contemnas, ut Judices eos non agnoscas, quia non
sint professione Hebræi. Quasi verò hic tantum de lingua He-
braea agatur, & non simul incommoda metuenda à Theologo
consideranda perpendenda sint? Num hoc tempore soli philo-
logi sapiunt, & rectè de rebus Theologicis judicare valent? The-
ologi verò adeo blitei, bardi, & stupidii sunt, ut judicare am-
plius nequeant!

I 3. Cur enallagen generis dicere voluerit mo-
dum specialem, prægnantissimas sibi dicit esse ratio-
nes, quia se melius & accuratius perspecta habere
ingenia discentium. Respondeo quomodo hac cohærent non
capiro, quasi vero ex ingenis discentium mensuranda sit enal-
lage generis. Et quamvis tu aliquot annos cum aplausu au-
ditorum docneris, nunquam tamen inde generis enallagen in
vet. Test. non dari evinces.

B 2

14. Ne-

14. Negat se cōfudisse cathedram philologicam & Theologicam. Resp. protestatio contraria facta, videatur Thesis prima pure Theologica, allegatae disputationis.

15. Dicit me conquisivisse argumenta, non ut se refutarem, sed exosum redderem. Resp. Theses & assertiones tuas repetit, easq. censurae aliorum submissi, quae si ita comparatae sunt, ut te exosum reddant, ipse vides, non me, sed tuas positiones, hujus esse odij causas. Cur ergo me incusas, te ipsum argue.

1. Atqui hac principaliora sunt que prefatione Adversarius meus habet, alia minutiora brevitatis studio omitto.

CAPUT I.

Cap. 1. Ait adversarius Refutationem meam expectare ut se exosum reddam, non refutem. Resp. bona fide historiam retuli, in qua si quedam continentur, laudi tuae non inservientia, cui nisi auctori, id est, tibi ipsi imputabis? Faber ergo quos fecit compedes ipse gestet. Damnnum enim quod quis sua culpa sentit, non sentire videtur.

2. Inquit se non superbum esse, idq; nosse omnes in Academia præsenti, ut & R. concilium Academicum, a quo si peteret, vel hoc die honorificum maxime reportaret testimonium. Respon. eruditiovis in lingua Hebraea, alisq; cognatis, te exornari posse testimonio, lubens facio, & hoc se quis negaret, donum Spiritus S. hisce in linguis tibi concessum esse, contra conscientiam inficiaretur. Posset alias, alicui non sine gravi causa suboriri dubium, & merito quidem de honorifico illo testimonio, sine restrictione obtainendo. Interim non nego presentis seculi injuria, multa de facto fieri posse, que de jure fieri non debebant.

3. Quod in publico actu assumpta creta demonstraverit sententiam se coactum fecisse ait, quia fundamen-

damentum quod est in Scheer bsaro à me nolit intel-
ligi. Resp. nemo te coègit nisi, ut micius loquar, propria tua vo-
luntas Quod addis fundamentum quod est in Scheer bsaro
Carne Carnis à me noluisse intelligi, falsum dicis, concessi enim
שָׁאַר בְּשָׂרָה carnē carnis, sive reliquias carnis, esse fundamen-
tum prohibitionum leviticarum. Quod & repetij in defensio-
ne, p. 35. Sed consequentiam tuam inde deductam negabam,
que hac erat: ergo comprivigna est carnis mea caro, id est, est
mibi affinitate juncta, nuptias impediente. Licet enim quod
ingeminavi p. 84. 69. 70. & passim, novus partus sit caro mea,
& comprivigna sit caro novi partus, hinc minimè infertur,
quod est in questione: comprivignam meam præsente novo
partu esse carnem carnis, sive affinitatem mibi junctam. Vide in
Defens. p. 41. 42. 46. 49.

Quod ergò dicebas optimè poterat sine scriptura intelli-
gi, quamvis consequentia tua, ex præmissis deducta, vacillaver-
et. Et si vel centies creta ascripta Schema proposuisses, nul-
lum tamen solidum fundamentum, pro sententia tua defen-
denda habuisses. Quis enim est modus concludendi in hoc
Schemate:

Margareta Nicolaus

Benedictus

Benedictus est Nicolai caro, est etiam Margareta caro. Ha-
c etenus vera. Hinc vero nullo modo sequitur: Margareta esse carnem carnis sive affinem Nicolai, quod tamen est in
Questione.

Nam de matrimonio Margareta & Nicolai queritur,
an illud concedi queat, proindeq; controversia est, an inter il-
tas duas personas ad se in vicem consideratas sit caro carnis, si-
ve affinitas nuptias impediens. Quod falsissimum esse affir-
mant omnes eruditiri rem hanc rectè intelligentes. Non autem

de Benedicto & Margareta. Neq; Nicolao & Benedicto quastio
est. Vide quæ hac de re dicta sunt. p. 69.70. Sarcasmus ergò ille
ate additus, scil. quod ab eo tempore, quo hec legeris, picuita
te onerare caperit, hanc veritatem non evertet.

4. Pergit Adversarius meus. p. 4. frater & novus
partus sunt ab uno stipite & sanguine. Ergo & hic
datur similiter inter fratres conjunctio carnis. Quia
itaq; inter fratres inter se consideratos unitas datur
sangvinis. Ergò & soror fratri, qui cum fratre suo,
qui & frater meus est, naturaliter non fit, sed est una
caro, est caro carnis meæ, propter vinculum naturale
sui fratris, ex uno sanguine & ex uno utero cum fra-
tre orti. Respondeo. Inter fratrem germanum, & fratribus ger-
mani conjugem dari carnis carnem, id est affinitatem nuptias
prohibentem in propatulo est apud omnes eruditos. At pro-
pter novum partum comprivignos affinitate nuptias prohiben-
te conjugi, solus meus dicte adversarius, ex illa forti imagi-
natione, in qua nullum hominem eruditum facile habebit ad-
stipulatorem. Dam ita colligit: frater & novus partus sunt
ab uno stipite & sanguine. Novus partus cum sua sorore iti-
dem est ex uno stipite. Ergò propter vinculum, novum scil.
partum, comprivigni sunt caro carnis, sive sunt affines. Respon-
Conclusio non sequitur ex premisis, propter diversam ratio-
nem utriusq; exempli. Confer quæ dixi in Defens. p. 39.70.

Et quia huic collectioni magnum momentum inesse arbi-
tratur Adversarius, proinde rogo eruditum & prudentem le-
ctorem, ut mea & adversarij mei dicta bene perpendat, &
utri adstipulandum consideret.

Ego dico fratribus germani, & fratribus germani conjugis.
Item: comprivignorum & novi partus non esse eandem ratio-
nem, quia in primo exemplo notoria est affinitas, in secundo
exemplo inter comprivignos invicem spectato nulla est affini-
tas, nisi

tas, nisi solam in cerebro & imaginatione mei contradicentes.
Quis nostrum veritati proximus, dicant eruditi, rei hujus
gnari. Quorum judicio me submitto, & jam ante submissi, ar-
bitratus Adversarium meum idem facturum, & nova contra-
dictione opus non fuisset.

An vero Adversarium meum non intelligam atq; ita
non ipsius, sed quam ego fingam sententiam refutem, itidem
benevoli lectoris judicium requireo. Mea assertio haec est: com-
privignos, inter se (terminum absolute quem adversarius hic
nescio quo fine immiscet, ego nunquam adhibui) consideratos
non esse carnis carnem sive affines. Licet ut erg; cum novo para-
tu sit una caro. Novus enim partus, conjungit quidem compri-
vignos cum Novo partu, ut uterg; de illo recte dicat: hic est
frater noster, vel soror nostra. At novum partum conjungere
comprivignos inter se, ut propter novi partus generationem,
nova affinitas nuptias impediens inter comprivignos concilie-
tur, bactenus omnibus eruditis fuit paradoxum, & non nisi
Adversarij mei commentum. Usri assertioni fides adhibenda,
dicat eruditus lector.

5. Ait Adversarius, se non totum esse in meo scri-
pto refutando, quod facili labore fieri posset. Respons.
Incidit hic mihi historia quedam que Helmstadij contigisse dici-
tur, ubi quidam dixisse perhibetur: videris me velle, sed non
posse. Interim non nego si meo adversario integrum est, finge-
re novam definitionem, quod facit p. 23. & ex illa litem deci-
dere, quod tum aliquid posset, sed cogitandum est illi, quis nos-
tam fingendi definitionem potestatem ei concederit, que pote-
stas ne quidem regibus & principibus indulta fuit. Sciat ergo
quod ex petitione principij, & ex falsis presuppositis misera se-
quatur controversia alicujus decisio. Proveco rursum ad eru-
ditum & candidum lectorum, ne nova litis hujus reciprocatio-
ne opus sit.

6. Inquit:

6. Inquit: parentes cum de filiis quærerit, non habent se ut medium, sed ut causa coniunctionis. Respon. quando p. 45. adduxi exemplum parentum & filiorum ita intuli: David & Salomon. Item Bathseba & Salomon sunt una caro. Hinc tamen non sequitur. Ergo Salomon, Davidem & Bathsebam ita conjungit, ut matrimonialiter cohabitare nequeant.

Ita privigna una, cum novo partu est una caro. Item: privigna altera cum novo partu est una caro. Hinc tamen non sequitur. Ergo comprivigni inter se sunt caro carnis & matrimonialiter coabitare nequeunt. Iterum hic eruditus & candidi lectoris requiro iudicium.

7. Ait: frater meus & soror, sive & utroq; sive ex altero parente nati sint tecum, una tecum sunt caro. Resp. hoc ego nunquam negavi. Ita recte dico com. privigni cum novo partu sunt una caro. Tunc more tuo hinc inferes: ergo comprivigni inter se sunt caro carnis id est affines. Resp. plus est in conclusione quam præmissæ admittunt.

8. Ait: quid denigrare se studeam, quasi Discipulus contia præceptorem scriberet & respondet quod se defendat contra obloquentem, quia prior scripsit. Respon. accepto quod fatearis te prius scripsisse. Falsum ergo est quod ait: positione 2. me causam dedisse hujus litigij. Imo tu causam dedisti, quia prior scripsisti contra receptam Theologorum, Ictorum, & Consistorialium sententiam. Anne putas me canem mutum fore, te veritatem allatrante, Non ita decet. Quid judicassent aliae Academiae, audientes hic studiosis dari potestatem veritatem impugnandi, tacentibus professoribus? Tu ergo me lacescisti, quia sententiam falsam prior proposuisti, cuius contrariam veram, defendo. Et num hoc faciam, non te judicem constituo, sed ad alios eruditos & rei hujus peritos provoco. Quod subjungis, quod te defendas

fendas contra obloquentem, id alii dijudicandum relinquo Academius, in quibus hic mos sine dubio non vigebit, Theologia studiosum in re tam ardua contra Theologos, Factos, & consistoria aliquid sine solida ratione pertinaciter defendere, & gravissimi erroris omnes illos insimulare.

De discipulo quod addis, non me debere te tuum facere discipulum. Resp. bene est, ego hoc nunquam feci, monstra si potes Unam syllabam ubi hoc fecerim, dixerim aut scriperim, & gratulor mihi quod tam pertinacem non habeam discipulum, propter suam ipsius imaginationem omnibus Theologis, factis, & consistoriis obloquentem. Alias scito me per Dei gratiam alios habuisse discipulos, nunc Theologia Doctores, ac Professores, regibus, principibus, Academius ac bene constitutis Rebus publ. charos. Sis tu & maneat alterius discipulus, illud me parum movet, & hac de re ego ne per febrim quidem cogitavi, cum non faciat ad hanc controvferiam.

9. Progreditur Adversarius dicendo: hæc lis ad philologos pertinet & ad Grammaticos. Respon. ô miseros Theologos, si hoc philologis concederent. Quid vox quepiam significet ratione contextus, antecedentium & consequentium, scopi, & quæ sit ratio textus dicti Biblici, non descendum est à solis philologis, sed & Theologis (qui tantum scire tenentur, ne philologi fucum ipsis faciant) illa cura incumbit, ut quomodo vox quepiam ratione contextus verti debeat, & ipsi oculis propriis, non tantum alienis videant.

Nego itaq; hanc de nuptiis comprivignorum controvferiam, esse tantum litem philologicam & Grammaticam, & quamvis hoc multis persvaseris & hoc pacto applausum aliquem hactenus habueris, iterum tamen dieo falsum hoc est.

Maledeth esse participium conjugat. 3. extra hunc contextum, nemo negat. Hic vero esse participium, & verti debeare, quæ parit falsissimum est; quia alias prohiberentur nuptiae

C.

inter.

inter personas, quas inter nulla prohibitionis causa est. Hoc
quidem tibi ob factam tuam definitionem affinitatis, est petere
principium. Sed scias te nondum Canonizatum esse, neq; pote-
statem novas comminiscendi definitiones habere. Ego itaq; ex
concessa & ab omnibus eruditis approbata affinitatis definitio-
ne, nullam inter comprivignos accedente novo partu esse affi-
nitatem probo. Tu vero ex definitione hactenus apud omnes
eruditos inaudita inq; tuo cerebro tantum nata, proindeq;
principium petente, affinitatem inter eos esse probas. Utrius-
sententiae calculus addendus, dicent eruditi quorum judicium
experco, ne nova minus necessaria opus sit contradictione.

CAPUT II.

Capite 2. Imputat mihi Adversarius quod con-
tra aliam conclusionem disputem, à se non formatam.
Quod probat. Quia ipius hæc sit conclusio: Ergo comprivigna
mea, est caro carnis meæ vel: comprivigna est caro immediata
carnis meæ immediata. Ex hac conclusione talem format Ca-
nonem: Quamcunq; personam, ut immediate consan-
gvineam, ducere non possum, ejus personæ immedia-
tè consanguineam ducere non possum:

Mea conclusio hac est: comprivignos cum novo partu es-
se unam carnem. Hinc tamen sequi negavi hanc conclusionem:
Ergo comprivigni ad se invicem considerati, sunt caro carnis,
sive sunt affines. Et quia de comprivignorum conjunctione ma-
trimoniali unicè questio est, non verò (quod sedulo notet at-
tentus lector) an comprivigni cum novo partu sint una caro.
Quod ergo in questione non erat; comprivignos scil. cum novo
partu esse unam carnem, probare non debui, quia non erat con-
troversum.

At comprivignos de quorum conjunctione queritur, mox
esse propter novum partum carnem carnis, sive non esse affines,
hoc

Hoc mihi probandum in cubuit. Et in hanc scopum omnes mee conclusiones directæ sunt; probavi scil. propter novum partum comprivignos cum novo partu conjungentem, nullam ramer sequi affinitatem nupias impedientem, quam carnis carnem contradicens vocat. Vide quæ dixi in Defens. p. 46.

Qui itaq; illa conclusio irrefutabiliter probata: comprivignos inter se non esse carnem carnis, id est non esse affines. Hinc apodicticè, ut tuo termino tibi valde familiariter utar, probatum dedi; quia inter comprivignos ad se invicem spectatores, non sit caro carnis, id est affinitas. Ergo remoto inter nos controverso conjunctionis matrimonialis obstaculo. Lev. 18. v. 6. Comprivigni matrimonialiter conjungi possunt. Quod erat demonstrandum.

Adversarius è contra ita concludit: comprivigna est caro immediata carnis meæ immediata; id est, comprivigna est nevi partus consanguinea, qui novus partus, est alterius comprivigna consanguineus. Attende lector benevolè, estne hoc controversum? num agitur de conjugio comprivignorum cum novo partu? & non potius de conjugio comprivignorum inter se? Non ergo ego debebam disputare, anne comprivigna sit caro immediata, id est consanguinea carnis meæ immediate, id est novi partus? Hoc enim non est in Questione. Sed de conjugio comprivignorum inter se consideratorum Quæstio est, ut jam sape dictum.

Vana ergo est oblatio Magnifico Rectori & R. Concil factæ so. Imperialium, quamvis alicui videri queat ominosa, quando ait. Ich wil euch Magnifice Rector & Rev. Cocilium 50. Reichsthaler Straße versallen seyn / wo diese Conclusio dare wider/ so viel Papier verdrücket / in meinem ganzen tractas zu finden.

Male secundum Accursum, & dolendum est conclusio- nem ipsam principalem Questionem continentem, in toto tra-

Statu ne semel quidem confessione Adversarij inveniri, sed aliud quod controversum non est; comprivignam enim esse carnem immediatam, id est, consangvineam, carnis mea immediata, id est novi partus, quis negat? provoco ergo iterum ad candidi lectoris judicium, sine affectibus judicantis. Uter nostrum, ego an Adversarius, conclusionem recte in hac controversâ Quæstione formarit.

Ad Canonem quod attinet: Quamcunq; personam immediate consangvineam ducere non possum ejus personæ immediate consangvineam ducere non possum. Resp. maximam illam esse Chemnit. ut dixi in Defens. p. 50. 71. 72. Ergo non est contra mentem tanti Theologi exponenda. Agit verò Chem. ut allegatis locis dictum, de gradibus consangvinitatis, testantibus idipsum regule exemplis.

Maximam ergo hanc de fratre & sorore, eundem sanguinem habentibus, intelligendam constat; quid verò hoc ad presentem casum, ubi juxta Adversarium non est consangvinitas, sed nuptias impediens affinitas, quamvis & hoc falsum sit, ut passim dictum.

Quæ de uxore fratri adduntur, ad illa in Defens. p. 70: satis responsum, unde hic actum non agam. Lectori interim eruditio & candido considerandum relinquo, anne uxor fratri germani, ex uno sanguine tecum morti, & comprivignorum inter se (accedente licet novo partu) ex diverso sanguine ortorum, eadem sit ratio, ad quam toties, toties inquam, Adversarius meus provocat. Ego dico quod non, Adversarius meus contrariam defendit sententiam, cui palma danda dicat queso candidus lector.

C A P.

CAPUT III.

Capite 3. Adversarius meus à se amolitur sententiae mutationem. Resp. si verba externa spectes, utique sententiam mutavit, primo enim ita verba formavit, ut visus sit, statuere consanguinitatem inter comprivignos, accedente novo partu, unde sine ulla limitatione dicit in Tract. p. 98. audiatur rogo, quomodo ego demonstrem in hoc puncto consanguinitatem. Ego terminum illum sumpsi ut sonat, non enim ostendere potui, quid aliud quam terminus exprimit intelligeretur. Rursum in vindiciis dicitur p. 24. Ego non locutus sum de consanguinitate, sed de carne carnis, quam affinitatem dicere possum.

Ego ergo non affixi tibi sententiae mutationem, sed ex verbis tuis claris & apertis eandem, ut quilibet videt, collegi. Quod si mens tua non est, ut loqueris, explicasse te debebas dilucidius, ut quid sentias, intelligaris. Falsum autem est quod subjungis, me solo erga te odio & animo reddendi exosum hoc dixisse. Qui enim me novit, facile me excusabit, teque verum hac in re non dixisse affirmabit. Et cur ego hoc facerem, cum communis fuerit sententia, etiam illorum cordicetus tibi faventium, te inter comprivignos accedente novo partu, novam consanguinitatem statuere affirmantium.

2. Inquit: incomprivigna mea expressis & conceperis verbis dico esse carnem meam, sicuti est in uxore filij. Resp. hoc falsissimum esse dictum est in Defensione p. 70. & confer quae sub finem capituli secundi dicta sunt.

3. Ait: puto quod non omnia, quae in ipso Tractatu leguntur serio dixerit Author, alias nimis essent dilata. Unde collaboratores arguo. Resp: Quae à me in ipsis fundamentis dicta, utique serio dicta, & si quid nimis dilatum, notasse hoc debebas, & me defendissem, Frustra autem

Collaboratores arguis, quia (solo Deo excepto) nullos habui,
nisi forsitan oculum intendas, ad unum alterumve librum juri-
dicum, quem à Icto commodato accepi. Quod subiungis de le-
ctori, illum Tractatum tuum cum mea defensione conferre de-
bere, id ego unice puto, meg. in censura candidi reig, hujus peri-
ti lectoris judicio acquieturum, jam ante compromisi. Fiat
ergò quod hic optas, & lis haec inter nos erit sopita.

CAPUT IV.

Capite 4. mihi contradicens inquit: quod auctores
& viros claros contra se allegem, ad conciliandam
sibi invidiam. Respon. supra sapè dixi, si quid hujus rei fieret
præter meam intentionem, me esse extra culpam, cur enim
illorum Theologorum testimonium citas, qui tamen contrate-
sunt, quod de Chemnit & Brentio adeo verum est, ut qui il-
lud negat, fidem non mereatur. Provocare ergò ad Theologos
contradicentes, nescio qua non sit audacia.

4. Regerit: se ne unius quidem auctoritatem pro-
fundamento ponere, sed solam versionem, & ratio-
nem ex ipso textu desumptam. Resp. cap. 36. Tract.
pag. 65. Sententiam suam probare annuitur auctoritate
Brentij, ut habet in scriptio capiti, qui tamen interminis ter-
minantibus, ut Jesuitæ loquuntur, adversario meo contra-
rius est. Sic Chemnit. sibi favere existimat in Tract. p. 82.
qui similiter ipsi contrarius est. Miratus igitur sum non im-
merito, cur ad illorum contradictorium Theologorum aucto-
ritatem provocaretur.

Quod dicas te solam versionem & rationem ex
ipso textu desumptam pro fundamento ponere. Re-
spond. te nullam habere rationem in textu, nisi quam tibi ima-
ginaris, ex dicta & principium petente affinitatis definitione.
Quod si ratio tua esset solida & immota, de versione facile
conve-

conveniremus. At ratio tua petit principiam. Dicis propter novum partum comprivignos affinitate, quam carnis carnem vocas conjungi, ut matrimonialiter cohabitare nequeant. At omnes eruditii mirantur hanc tuam assertionem; quippe cum nova generatione (novo partu) non concilietur affinitas, quod tamen tu falso opinaris. Paradoxum ergo est, & eruditorum auribus ingratum assertum, novo partu, novam nuptias impudentem affinitatem inter comprivignos conciliari. Vide que dicta sunt Defens. p. 41. 42. 59.

3. Ait: Se non similem esse Lupo Æsopi qui canes abigi volebat. Resp. quo sensu adduxerim lupum Æsopi legenti obvium. Tu omnes rejicis Theologorum & lectorum terminos, qui tamen pro veritate defendenda quasi latrant. Qui ergo terminos illos removet, quod tu facis, ille hoc respectu nihil aliud agit, quam Lupus apud Æsopum, Canes abigere volens. Ulterius illa collatio institui non debet. Vide in Defens. p. 61.

CAPUT V.

Capite 5. Affingitur mihi ab Adversario, quod operosus sim in illis quæ aliena sunt, quæ rem non concernant. Unde versio sua male sit refutata. Respons. quamvis possem mereferre ad illa quæ dicta sunt in Defens. pag. 20. 21. & lectoris candidum judicium exspectare. Placet tamen breviter quadam addere i. dicitur meam illationem esse à particulari modo: participia aliquando induunt naturam nominis. Ergo & h. l. Respons. quis adeo jejunus esset in argumentando. Ita inculi primo participia apud Hebraeos sepe nominis ingenium induant. Ergo non est absurdum, ut & hoc loco fiat. Deinde præstantissimi & Excellentissimi Hebrei unanimiter vocem hanc in loco

loco Lev. 18 v. 11. nomen esse affirmant. Non ergo repugnat indoli linguae sancte מולדת moledeth in loco controverso nomen esse & non participium. Quia probatissimi illi autores ingenium & naturam istius linguae, sine contradictione optimè cognitam habuerunt, & sine dubio melius, ut unus novitus Hebraeus.

Sed liberalis est Adversarius, & concedit quod volo, & addit quando participia apud Hebreos nominascunt, sive in nomina degenerant, quod tamen eandem significationem, quam habuerunt ut participia retineant. Respon. id fieri per consequentiam aliquam, ut notat custodientem & custodem רוזר notat pastorem & pascentem. notat generationem & consequenter patrem generantem non excludit. Ubi enim cognatio, nativitas & generatio, qua voce מולדת exprimitur, ibi pater est generans, & mulier pariens, quæ omnia per consequentiā inde deducuntur. Verum ut cap. 4. dictum est, si ratio legis solida & immota dari posset, ego versionem nude & per se considerata non impugnarem, tum enim res ipsa loqueretur, textum ita & non aliter reddendum esse. Significatio enim vocum ex contextu imprimis desumenda.

Regeris: Maxima datur ratio, videlicet caro carnis, quæ ratio nondum destrueta est. Resp. ratio hac non debet destrui, quia fundamentum est prohibitionis Leviticæ. Ubi enim inter personas matrimonio conjungendas, vere datur caro carnis id est propriæ dicta affinitas. Ibi nuptiae ex lege naturali prohibentur. At de comprivignis cum sermo, non opus est destructione, cum nunquam, nisi ex filio imaginarie affinitatis principio, ratio hæc asserta. Ergo, quod nunquam solidè constructum: illud destructione non indiget. At inter comprivignos, accidente novo partu, esse carnis carnem, id est nuptias

ptias impedientem affinitatem, nūquād solide constructum.
Ergō destruzione non indiget.

Quod dicit, Hebraitas tibi oppositos Sexagenarios, aliter locutos fuisse, si hæc controversia istis proposita fuisset. Resp. tu non primus fuisti qui hanc controversiam movit, expresse enim patet tum ex Theologis, cum Ictis hauc questionem: an partus novus illicitas ficeret nuptias comprivignorum, jam ante fuisse agitatam, & tandem decisam, quod quidem re adhuc integra non svalenda sint istæ nuptiae, cum jam in tanta hominum multitudine, quilibet sibi aliam sponsam eligere queat; interim tamen non propterea dicendum, nuptias ilias jure naturali Levit. 18. v. 11. prohibitas. Vana proinde est conjectura, de Hebraistis illis alter locutis, si hæc controversia proposita iltis fuisset.

2. Dicit: Moledeth, non esse participium conjugat. 3, me ad calendas Græcas probaturum Resp. ne hic actum agam, propoco ad illa qua paxim hac de re dicta sunt, tum in hac Refutatione, tum Defensione, quæ omnia benevoli lectoris judicio submissa sunt.

3. Dicit, quod ex se faciam opponentem cum tamen sit respondens, idq; eo me sine facere, ut se apud lectorem onerem, Resp. hæc nomina variant pro ratione circumstantiarum. In disput. 9. & 10. Ego tuus eram opponens, & quia tum temporis inter nos convenire non poterat. Ego te ad futuras meas Theses publicè invitabam. Et cum tu eras opponens, quod vel scannum in quo sedebas, opponentium arguit, postmodum conscribis Tractatum mihi ex parte oppositū, &c. Non ergo video quomodo te onerem. Ut nil dicam terminos opponentis & respondentis eo sensu quo tu jam sumis, à me nūquād adhibitos.

D

CAPUT

CAPUT VI.

Cap. 6. Ait auctor quod durus sim erga se quod terminos juris mutaverit. Resp. dixi veritatem magnam scil. esse audaciam, virum Juvenem 26. annorum omnium Theologorum, & ictorum terminos satis aptos & approbatos rejicere, sua ipsius auctoritate, & obscuros rem hanc non ita explicantes sed potius involventes substituere, nec opus est ut sis Jureconsultus si terminis istis uti velis, nam & Theologi propter illorum emphasis & quia jam recepti & approbati sunt, & rei cui applicantur satis convenientia iisdem utuntur; qui tamen se Jurisconsultos propterea non profitentur.

Dicis retinuisse te terminos scripturae, Carnis, & Carnis Carnis. Bene est, illi autem termini nil aliud notant, te ipso non diffidente, quam consanguinitatem & affinitatem, ut etiam exempla subjuncta in Lev. 28. testantur. Cur ergo terminos receptos, usitatos, idem notantes rejicis, & terminos tuos obscuros: residuitas carnis mediata & immediata, trisplicata, simplicitas absoluta & respectiva, medium simpliciter Unum, vel per combinationem substituis. Anne putas hoc tibi concedendum esse? que hac est arrogatio!

2. Inquit Adversarius: non patior me, qui Deum loquentem sequor, coarctari terminis juris, ubi affinitas tantum respicit conjugium, quia quamvis absolute loquendo verum sit, tamen non puto formalem rationem affinitatis ita exhausturiri, quam dico consistere in propinquitate ad illam personam, quæ mihi immediate est consanguinea. Affinitas enim propriissime loquendo, nihil aliud est, quam quando persona, quæ me per se nulla sanguinis necessitudine tangit, per aliam personam, quæ mihi immediate est consanguine-

sangvinea, & quæ cum ea, quam dico affinem, etiam
immediatè fit una caro mecum, me tangit.

Resp. 1, termini juris sunt & termini omnium Theolo-
gorum, quos inter multi fuerunt Hebrae lingua peritisimi,
nemo ramente secutus unquam inventus fuit, qui in receptis
& approbatis definitionibus vel tantillum desiderarit.

Excipis: casus hic controversus non fuit motus
illorum tempore. Resp. nego, contrarium testantur scripta
publica. Et quis tu es qui audeas affirmare de omnibus Theo-
logis, quod Deum loquentem hactenus non sint secuti, retinen-
tes usitatam affinitatis definitionem, & tu jam ille sis qui hoc
praestet, num cogitas quo tandem tua te ducat audacia!

2. Quod ais affinitatem non exhaustri usitata & rece-
pta definitione hactenus approbata, proinde aliam instituto tuo
magis quadrantem proponis, frustra facis, ipse enim nosti in
propria causa nemini licere aliquid fingere. Et queso da mihi
tu definitionis vel unum exemplum probatum, excepto com-
privignorum accidente novo partu exemplo controverso &
principiū petente, in cuius gratiam hac à te facta est defini-
tio, da inquam mihi unum exemplum si potes: si vero non po-
tes ut certus sum, vides alios eruditos tibi definitionem sine
exempli approbato fingenti non credituros, sed potius tuam
audaciam miraturos, quod omnibus te opponas eruditis Theo-
logis, & Ictis, sine solido fundamento. Et examina queso tuam
affinitatis definitionem, anne illa applicari queat exemplo in
Defens. p. 45. posito, Davidis, Bathsabe, & Salomonis. Et
quamvis exemplum hoc non per omnia quadret comprivignis,
in eo tamen datur convenientia, quod licet, David & Bath-
sabe habeant communem sanguinem in Salomone, non tamen
propera affinitas inter Davidem & Bethsebam concilietur.
Similiter licet comprivigni habeant communem consanguine-
um, novum scil. partum, illa tamen communis consanguinitas,

*non est nova affinitatis inter comprivignos ad se in vicem spe-
ciatos causa, quod tamen contradicens sibi imaginatur, ut illa
lud evincat novam propterea affinitatis format definitionem,
in hanc usq; horam, inter eruditos inauditam.*

*Et quia hac in assertione hujus controversiae animus residet,
benevolum rogo lectorum, illum imprimis qui boni publici cau-
sa aliquid publici juris facturus est, bene consideret, num
mea assertio, an mihi contradicentis fidem mereatur. Ego ur-
geo receperam & hactenus exemplis concessis approbatam affini-
tatis definitionem, juxta quam inter comprivignos novo acce-
dente partu nullam esse affinitatem, nuptias impedientem af-
firmo.*

*Adversarius novam habet definitionem eo sine fictam,
ut falsam suam Thesin probet; nullum enim exemplum, quod
bene notandum est lectori eruditio hujus sua nova & ha-
ctenus inaudite definitionis habet, nisi controversum & prin-
cipient petens, de comprivignis cum novo partu consideratis. An
vero hic modus disputandi sit legitimus & admittendus, candi-
di lectoris exspecto judicium.*

3. Per Deum rogat eos qui se volunt refutare, ne
sibi graves sint definitionibus, ex jure civili desum-
ptis. Responso ego te rogo per tuam ipsius promotionem, & apud
alios existimationem, ne te ob tuam imaginationem omnibus
Theologis, non illis tantum qui te censure Dasipodiana ope-
ra, ut loqueris, utuntur, sed & qui sine Dasipodio Hebraeae bene
intelligunt, opponas.

*Communis hec est causa, cum Theologi tum Jurisconsul-
ti in affinitate constituenda & definienda iisdem utuntur,
quod rem ipsam attinet, definitionibus. Quas propter tuam
praeconceptam opinionem non mutabunt, imo mutare non pos-
sunt, res enim non mutantur, & definitiones, ut ex philoso-
phianorum est, sunt immota veritatis.*

Fons

Fons autem tui erroris hic est: quia semel tibi proposuisti defendendam illam sententiam: comprivignos novo acceden- te partu, propter legis naturalis prohibitionem matrimoniali- ter conjungi non posse, & vides te nec consanguinitatem, quod concedis, nec affinitatem, nisi definitionem singas, monstrare posse: proinde inter duo mala minus tibi eligendum censes; scil. Satius est sub specioso textus authenticus, quem non omnes intel- ligunt, praetextu, novam & hactenus inauditam affinitatis fin- gere definitionem, quam ut fatearis te hactenus errasse, illud enim existimationem tuam, imprimis apud discipulos minue- ret. Nosti illud honora me 1. Sam. 15. v. 30. magnam habe- re emphasis?

Hæc tibi dura videbuntur, sed duro nodo durus cuneus adhibendus. Ego certè meo loco optarem ne mihi haec dicendi occasionem dedisses, ego libenter tibi perpercissim, provoco ve- ro ad eruditum lectorum,anne vera sint qua dixi, licet tibi dura videantur.

CAPUT VII.

Capite 7. inquit mihi contradicens, se videre ex toto scripto sibi opposito, illud non esse id, quod se refutare debeat, cum non sua sententia, sed quæ ficta sit oppugnetur. Resp. ve mihi si adversarium meum in hoc capite haberem judicem, tum omnis mihi spes victoria præcisa esset. Memor autem esto Adversarie judicis tibi partes, ut pote qui litis hujus pars es, nondum commissas. An tuam senten- tiam, an vero tibi affectam refuta verum judicet benevolus le- tor. Vide quæ supra in refutatione cap. 2. dicta sunt, ne his tautologia aliqua opus sit.

2. Ait: Consideret lector initium hujus contro- versiæ. Ego in disp. 9. pro formalis disputo & conju- gium illud improbo, alter statim scribit contra me co-

D 3. rolla-

rollaria, siccine procedendum cum veritatem inquirimus. Resp. Non tantum disp. 9. sed & 10. nuptias has lege naturali prohibitas affirmas. Imo Disp. 10. Tractatum contra illud conjugium promittis. Ego ut placidè tecum agerem, veritatis inquirende gratia non tantum publicè tecum contuli, sed & disputationi meæ hac de re corollarium adjeci. Quid hic desideras cum aīs; siccine procedendum cūm veritatē inquirimus? Ego omnino existimo hanc methodum inquirendā veritatis Academiis usitatisimam esse, nulloq; pacto improbandam. Quod dicas ac animo contradicentis & tuo, idletori, judicandum relinqu.

3. Afferit de meo scripto id scatere ejusmodi locutionibus contra famam suam pugnantibus. Resp. si quid hujus rei est, id tibi ipsi imputa, nihil scripsi à veritate alienum, vel si id me fecisse putas demonstrandum tibi fuisset, & certè non dubito, quin si vel tantillum dixissē veritati non consonum, illud indicasses. Proinde nullam tibi injuriam intuli, sed potius Theologos, Ictos, & consistoria, cum & ipse consistorij Ducalis membrum sim, ab illata injuria vindicavi. Estne summa injuria Theologis, Ictis & Consistoriis illum Universalem errorem impingere, ob rationem aliquam imaginariam, ex facta affinitatis definitione provenientem, quod concedant casum matrimoniale, legi divinae, opinione eorum non repugnante, qui tamen sit abominatio detestanda & execranda, ob quam gentes terra sua sunt expulsæ, & nos in Germania hodie ob dicti conjugij permisso- nem puniri.

Haccine injuria tor clarissimus & excellentissimus viris illata, sicco pede erat prætereunda? Erego dum illam justo Ze- lo vindico, injuriam nullam tibi infero, quippe justè pateris; sed potius viros clarissimos ab injuria illata vindico. Et ne de injuria illata conqueri jure possis, compromiso me in eruditici ac
rei

rei hujus intelligentis lectoris judicio acquiecurum. Quod si ille injuriam à me tibi factam justè pronuntiaverit, fatebor id candide, de quo conquereris.

4. Pergis: Hebræus sum ex lingvæ genio & inde le mecum agant oportet. Resp. lingua Hebreæ prætextus hactenus tibi aliquem applausum conciliavit. Sed scias lingvæ Hebrææ genium, non constituere inter comprivignos affinitatem nuptias prohibentem, novus licet partus accedat. Et quia illam affinitatem in eternum (sicut enim tua definitio principium patris) non probabis, proinde frustra versionem urges, que certè rationem prohibitionis evidentem presupponit. Tolle prohibitionis rationem & sustulisti tuam novam & suspectam versionem. Dicis: te rusticum esse, qui non plura credit quam videt. Bene se res haber: quia ergo non video inter comprivignos novo superveniente partu, novam contrahi affinitatem (deficiente vera, recepta, & approbata, ac exemplis probata affinitatis definitione) proinde hoc non credo.

5. Propter illos qui latina non callent, pergit germanicè proponere hanc regulam: Welche Person ich als meine unmittelbare Blutsfreundin nicht kan nehmen / dexter Person unmittelbare Blutsfreundin / kan ich auch nicht nehmen. Responsum in Defens. p. 50. 71. 72. & supra cap. 2. hanc Chemnit. regulam de consanguinitate intelligendam esse, & non contra mentem auctoris extendendam, præsenti casu si applicetur, petit principium. Nam mei consanguinei (novi partus) consanguineam, comprivignam scil. ducere possum. Quia nec consanguinitas, nec affinitas, nuptias illas reddunt de jure naturali illicitas. Non ergo hic tantum ad viros graves recurrimus (quos tamen sine solidi ratione, in rem ardua aliquid dixisse non puto) sed ex defectu prohibitionis nuptiarum harum, comprivignorum conjugium lege naturali non prohiberi concludimus.

6. Ro-

6. Rogat æternum Deum, ut excitet virum exercitatum in philologia Hebræa, qui si sua falsa sint recte refutet. Respondeat quod oras, & tempus & eventus comprobabunt, quid propediem futurum sit in aliis Academias, aliisque in locis, ne tibi soli sapere videaris. Interim hoc scito non opus esse in hac quidem comprivignorum controversia singulari philologica scientia, ut multis persuasi. Illud enim constat מורה nomen esse posse pro ratione contextus. Cum ergo contextus urgeat ut sit nomen, & non participium Lev. 18.v.11. cum alias nulla solida prohibitionis conjugij ratio dari queat, proinde Theologus, imo addo et letus, hanc controvseriam optimè decidere possunt. Et num verum sit quod dico, provoco ad candidum & eruditum lectorem, ut tandem hac lis sopiaatur, ne nova in re tam manifesta contradictione opus sit.

CAPUT VIII.

In hoc capite quedam dicuntur, ad causam principalem non spectantia. Proinde non operosus ero in illis retexendis. Ingencre dico me nunquam dubitasse Adversarium meum propter dona que habet in literatura Hebraea commendandum esse. Sed quæ consequentia: ille commendandus propter lingue Hebraæ singularem peritiam. Ergo quando illa ad constitutas novitates non necessarias abutitur, & hoc commendandum? Laudetur usus, improbetur abusus.

Ad colophonem hujus capituli respondeo breviter, me nunquam ejus fuisse propositi, aut futurum unquam ut alicui sine causa contradicam, aliquem de nigrem, aut opprimere studeam. Proinde sine veritate talia de me affirmantur, provoco ad omnes qui me norunt. Suspectis novitatibus, falsis assertionibus contradico, non honestis & approbatis lingua sanctæ studiis, que promota esse discipio.

Proinde non sine injuria de me affirmatur, quod suscepisti tuus

oris tuis novitatisibus, & falsis assertionebus contradicendo
Deo aduerser, qui potius indies studio, quantum humana ad-
mittit fragilitas Deo meo placere. Nescio enim quando anima
mea, Deo jubente, ex fragili meo corpusculo migratura sit.
proinde juxta symbolum meum: vita mihi Christus est, &
mors lucrum, quotidie moriendum mihi esse cogito, sciens, qui
quotidie moritur illū nunquam mori. Animadversio enim corporis
mei debilem constitutionem, non mihi multos dies promittere.

Et eo fine jam ante septennium programma meum funebre
ipse conscripsi. Absit ergo à me, imo absit, & longè absit me
Deo meo creatori, redemptori, & sanctificatori, adversari,
cum potius illius amor & reverentia, summa mea sint volu-
ptas. Unde a micorum libris ex cap. 14. Soliloq. August.
hanc soleo calamo & corde inscribere sententiam: nobis
magna est indita necessitas justè recteq; vivendi, qui
cuncta facimus ante oculos judicis cuncta cernentis.

Proinde ut tandem hec lis, ut & alia sopianuntur, tibi ini-
tiò placuit aliarum Academiarum audire censuras, ego com-
promisi. Quod si Academia ista pro me respondebunt agnosce
errorem tuum, illumq; corrigere, quod si feceris me contra dicen-
tem amplius non habebis. Si vero contra me pronuntiabunt,
agnoscam ego me errasse. Hanc puto esse Christianam viam,
bitibus hisce finem imponentem.

Reliqua quæ hoc capite attexuntur, ita breviter dilus:
1. Diciste juvenem 26. annorum esse. Resp. cur ergo
non es memor, te non decere, ex tua imaginatione & ficta af-
finitatis definitione, Sexagenarios de pone dejicere, & cor-
nicum oculos, ut proverbium habet, configere?

2. Rationem tuam nondum haberatam curis do-
mesticis. Resp. Quamvis una mecum multi viri, in & extra
Academias faciantur, hisce motibus bellicis, economia difficult-
atem aliaq; incommoda causantibus, militas bonas horas sine

E

medi-

meditatione aliqua in Ecclesie utilitatem vergente , effluxisse
tu tamen ne tibi imagineris, te jam esse illius ingenij & ratio-
nis, ut integrum tibi sit , integros honestissimos ordines Theo-
logorum, Iectorum & Consistorialium sine solidaratione, pro tua
arbitrari, terminos usitatos rejiciendo, novos, obscuros in usi-
tatos fingendo reformare , & erroris detestandi arguere .
Ostende vocationem tuae reformationis. Ficta tua affinitatis
definitio hanc rem non conficit. Putasne alios curas licet do-
mesticas hisce temporibus habuerint, tam esse hebetes & stu-
pidos, ut ex tuo nru & arbiteratu dependeant ? Quenam haec
est imaginatio ?

3. Frondes tuas nondum exaruisse. Resp. frondes
sunt duplices. 1. Solidae eruditionis in linguis & artibus. 2. Su-
specte novitatis & falsa assertionis. Primas Deus conservet,
animitus oro & opto. Secundas in ipsa herba perituras spero.
Existimo enim alias Academias , suis censuris & iudicis , ita
opinionum tuarum falsarum frondes resecturas , ut omnis suc-
crescendi spes prascindatur. Comprobante id ipsum subsecutura
experientia . In nostra controversa materia, nullum mihi, id
futurum esse, dubium est, de radicum formis & accentibus
rerum periti judicabunt , hanc enim rem aliis professione He-
braicis adjudicandam & decidendam relinquo.

4. Inquis te in eo totum esse ut surgas , nec passu-
rum ullo modo te opprimi. Resp. vide ne tollaris in alieno
ut lapsu gravioreras. Nemo alias tua studia Hebraica oppri-
mendi unquam animu habuit, aut habebit; frustra ergo dicas :
non patietur se opprimi. Imo si in terminis lingua sancta ,
exemplo tui preceptoris clariss. Trosty mansisses, ego & meo lo-
ro id unicè egissem, ut studia tua promota fuissent. Verum quia
lingua sancta preceptu suspectas novitates , & falsas assertio-
nes contra Theologos, Ictos, & consistoria introducere labora-
bas, mature tibi occurrentum fuit. Sive id patiaris, sive non;
omnino

omnino camen confido, Dominum meum deinceps quosdam su-
scitatueros quorum ingenium adhuc vivax, curis domesticis
non hebetatum, id agentes sedulo, ne tibi prolubitu sine contra-
dictione, talia afferere liceat. Atqui hac breviter de capiti-
bus oīo brevissimi responsi dicta sunt, eruditii lectoris iudicia
ac censura submissa.

Restant nunc Adversarij mei positiones
quas brevissime percurram.

1. Dicit omnia illa esse irrefutabilia quæ in disput.
suis proposuerit, à me licet pro falsis habeantur, Resp.
si alij Theologi & eruditii viri, idem cum Adversario meo dicturi
sunt, credam quod dicuntur. Alias adversario in propria causa
testanti, non credo.

2. Dicit me esse causam hujus litigij, quia prior
scripsierim contra disput.9. pro formal. Resp. inverte
hanc rationem, qui prior proponit falsa, ille causam dat liti.
Ego certe nunquam contra te scripsisse, nisi tu prior senten-
tiā falsam proposuisses. Sed inquis: Satius fuissest judici-
um suspendere, ad exemplum reliquorum collega-
rum, sine quorum censura & approbatione totum
hoc opus susceperim. Respondeo, reddant alij sui silentij
causas, ego mei facti causas dare possum satis graves. Turpe
fuissest Academia nostra, studiosum quandam omnibus Theolo-
gis, lkis, & consistoriis ex imaginaria aliqua ratione obloquen-
tem, ita licenter hoc facere, nullo contradicente professore.
Quodnam hoc est tuum postulatum!

De consensu quod addis, non puto quenquam hoc jure im-
probare posse, me veritatem defendere. Et si ex tua hypothesi,
quisquam dissentiens esset, ego illum crede mihi minus cura-
rem. Illustrissimus enim princeps, Dominus meus clementissi-
mus, voluit me esse professorem veritatem defendantem, quod

fit non tacendo, aut judicium suspendendo, sed pro veritate
scribendo, eandemq; calamo & voce defendendo. Et nam illius
Scopum scriptis meis attigerim, benevolus & eruditus lector
dicet.

3. Non affingo tibi p. 20. quod statuas, voluntatem abso-
luti legislatoris Dei, illud conjugium prohibere, ita enim tua
sonant verba num. i. summa Trost. Quod si illa aliter expli-
cas, bene se res habet. Ex verbis tuis nude positis hoc collegi.

4. Non affingo tibi p. eadem quod tempore scriptio[n]is se-
ptem annos linguae sacræ incubueris, & tres annos docueris. Ita
enim ipse loqueris in prefat. commentarij Biblico-Rabbinici.
Anno 1636 scripta: Jam sex sunt anni quando primum
in Acad. Witteb. sub clariss. viro Martino Trostio preceptor[e]
meo honorando, linguae sanctæ dabam operam. Duo quando
publicè & privatim Hebraico seu Rabbinico idiomate Regio-
monti habitis disputationibus &c. Hac tua verba sunt, ergo
Anno 1637. quando hac à me scripta, septem anni efflu-
erunt.

5. Si illa conclusio: comprivigni cum novo partu sunt una
caro. Ergo inter se sunt caro carnis, id est affines, non est in tuo
scripto, quid ergo litigamus? Nam de illa conclusione Questio
est vide Defens. p. 54. Si enim inter comprivignos inter se
consideratos non est caro carnis, siue affinitas nuptias impedi-
ens. Ergo possunt contrahere matrimonium. Forsan ludis in
termino carnis, & carnis carnis, quam distinctionem me non
semper forsan observasse dices. Resp. possibile est, interim ta-
men expresse dixi p. 54. hanc conclusionem, de qua quastio est
ostendendam esse: ergo comprivigni inter se considera-
ti sunt caro carnis.

5. Maxima dicit esse fulcra, quia vir ille & vir
hoc dixit. Ergo non dubitandum. Respondeat ita in
eternum non refutabor. Resp. ex solis auctoritatibus ego
te nra.

te nunquam refutavi, sed hoc saepe dixi magnam esse dudaciam, virum juvenem studiosum Theologie sese omnibus Theologis, letis & consistoriis opponere. Nam certe presuppono in tanto numero Theologorum, Ictorum, consistorialium vel numerum fuisse qui hanc veritatem (ex tua hypothesi loquor) rationibus a te adductis viderit, imprimis cum hac quæstio sapientia mota sit. Deinde & hoc presuppono, illos viros clarissimos non sine solida ratione aliquid in re tam maximi momenti, assertaverasse.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Quæ de tautologia Adversarius meus habet, lectoris judicio submitto. Certus sum spiritum S. eadem sapius emphaticè repetere, immo eandem sapius ingeminare legem, non tamen propterea metuendam esse tautologiam.

14. Quæ de tuis verbis ibidem positis dixi, male applicas distinctioni, carnis carnis, proinde ex eo male erroris fundamentum eruis. Ego illam refuto conclusionem: inter comprivignos accedente novo partu non esse carnem carnis, id est affinitatem, nuptias impedientem, illud autem tu astruis, veramur ergo in contradictoriis.

15. Argumenta mea fateor opposita sunt illi sententiae, consanguinitate inter comprivignos accedente novo partu esse, putantis. Et quia locutiones quadam tuae inusitatæ, id indicare videbantur. Et insuper communis erat fama, proinde illam sententiam impugnavi. Quia vero jam magis de sententia tua constat proinde. p. 41. sententiam alteram de affinitate refutavi. Cui sententia nihil aliud opponere potes, quam fictam & in cerebro tuo natam affinitatis definitionem, ut suo loco dictum.

16. Comprivignorum & uxoris fratris esse diversam rationem, evidenter probavi p. 70. in Defens. & provoco hic ad candidum lectoris judicium.

17. Verba mea agunt de consanguinitate, quam te astruere rebar, & alij non male tibi faventes, eundem de te conceperum formarant. Fratris uxor exemplum est affinitatis, à diversis ergo pessima sit illatio.

18. 19. Versio tua principium petit ob rationis legis defectum. Frustra proinde affinitatis definitionem fingis, ut inter comprivignos, novo accedente partu affinitatem esse evinas. Quale ergo fundamentum tua sententia, tale & id fundamento super structum. At fundamentum est fictum ficta scil. affinitatis definitio. Ergo Conf. que supra dicta sunt cap. 6.

20. Limitatio mea, regulam B. Chemnit. Quam cunq; personam, ut immediate mihi consangvineam, ducere non possum, illius personæ immediate consangvineam etiam ducere non possum. Agere de consanguinitate, non vero affinitate verissima est, vide Defens. p. 72. exceptio, autem tua nullius valoris est, quod tum non diceretur affinis, sed consangvinus. Nam de qua persona Chemnit. agit in illa maxima, illa vere est consangvinus, non autem affinis.

21. Argumentum 1. & 2. p. 42. te non ferire ait, ubi ex recepta & comprobata affinitatis definitione, ut & modo contrahendi affinitatem probatum dedi, inter comprivignos non esse novam nuptias impedientem affinitatem, ob novum accendentem partum. Respondeo utiq; validissime sententiam tuam illa duo argumenta impugnant; adeo quidem, ut tu ipse p. 11. concedere necessum habeas, absolute loquendo affinitatem tantum respicere conjugium, & quamvis addas: formalem rationem ita non exhaustiri, peris tamen principium. Et perij, & adhuc peto, dari mihi unum exemplum hujus novæ & hactenus inaudita definitionis, excepto exemplo de comprivignis controverso. Argumentum ergo, à recepta & approbata affinitatis definitione desumptum, utiq;

utiq; ferit adversarium. At qui meum argumentum
à recepta & approbata affinitatis definitione desum-
ptum est. Ergo utiq; ferit adversarium.

22. Ego te bene intellexi, tēḡ non rectē conclusisse dixi,
quando ita infers: comprivigni cum novo partu sunt una ca-
ro. Ergo ad se invicē considerati sunt caro carnis, id est affines.
Conclusio enim tua ex premis̄ non rectē infertur, proinde
dixi, nisi hac conclusio, qua est controversa questio: Ergo
privigni inter se considerati sunt caro carnis, id est
sunt affines. Probata fuerit frustra disputari, comprivi-
gnos non posse inire matrimonium.

23. Canone illo Logico nunquam quidem usus es, nec ego
hoc dixi, attamen rem hanc controversam maximē illustrat
ut probavi in Defens. p. 46.

24. Fateris Syllogismum vitiosum esse in forma, proposit illa
ingenua confessio. Cur autem vicioso syllogismo uti volueris,
ipse videris. Excusatio syllogismum illum esse crypticum in
materia opicium, dubia mihi est. Verum illa de re philo-
sophia studiosis plura consideranda relinquō.

25. Terminī Juris sunt & omnium Theologorum, atq; ita
recepti ac approbati, quos male proprio ausu rejicis. Potestas
enim illa tibi nondum concessa. Si quid in commodi ab illis
terminis metuendum, id sine dubio Theologi nonnulli, Hebrae
lingua peritissimi, observassent & notassent.

26. Miror te viitorum Typographicorum mentionem
facere, cum tuum responsum maximē notabilia, omis̄is inte-
gris vocibus habeat vicia, sed quid tum postea. Ego bene volum
lectorem regavi ut corrigeret, quod à te factum non est. Tu
ergo magis esses incusandus. Et quid hoc ad prasens negotium?

27. Falcam in alienam messem mitius, dum casum ma-
trimonialem, quem non rectē intelligis, contra omnes Theo-
logos, iecos, & consistoriales definis. Tuum Moledesh, & caro
carnis,

earnis, id te non docuerunt, ut ex hac tenus dictis legenti pa-
lam. Quo nomine me ad peritum & candidum lectorem refe-
ro, illiusq; censuram peto.

28. 29. Lutherum rectè fecisse quis negat, quando re-
jectis omnibus humanis glossis, fontes inquirendo esse inculcat.
Num ego hoc unquam negavi? monstra si potes vel unam li-
terulam. Et qui ante te diligentissime fontes inquisiverunt,
& exactissimam illorum scientiam habuerunt, nullus tamen,
te excepto, hanc tuam versionem probavit. Rectè ergò dicas
linguam Hebream necessariam esse illi, qui vult explicare scri-
peuram. Illudne ego unquam inficiatus sum? Nostra Questio
non est de lingua Hebreæ studio, sed de suspectis novitatibus,
sub specie lingua sanctæ propositionis. Ibi merito Theologis vigi-
landum, nec philologis Hebreis nimium indulgendum puto.
Satis turbarum est in Ecclesia, studendum potius ut concordia
alatur, quam ut ejusmodi suspectis novitatibus concordia vir-
culum rumpatur.

Super est adhuc conclusio auctoris, qua dicit.

1. Moledeth non esse eversum. Respon. ex preceden-
tibus patet, quod rationis legis defectus illud satis destruat, ut
alia jam omittam. Ratio ex fida affinitatis definitione de-
sumpta, petit principium ergò nihil concludit.

2. Rationem suam nondum tactam rectè, nedum
eversam. Respon. peto benevolum lectorem, Questionem
nostram controversam bene considerare. Queritur inter me
& mihi contradicentem, an comprivigni accidente novo par-
tu matrimonialiter conjungi queant, non prohibente conju-
gium hoc lege naturali; de honestate enim non est Questione.
Illud ego affirmo; quia mediante novo partu, nulla no-
va affinitas inter comprivignos ad se invicem consideratos
oritur.

Licet

Licet enim comprivigni dicere queant de novo partu: hic est frater noster, vel soror nostra. Et novus partus de comprivignis recte dicat: Hic est frater meus, hec est soror mea, & contracto matrimonio: soror mea, duxit fratrem meum. Comprivigni tamen inter se considerati, de quorum nuptiis queritur, non propterea, nec sanguinem communem, quod ab adversa parte conceditur, neg, novam nuptias impedientem affinitatem habent.

Hactenus enim inter eruditos omnes inauditum, nova generatione contrahiri novam affinitatem; generatio enim causa est novi sanguinis, non nova affinitatis.

Adversa pars ob exemplum controversum, fingit novam affinitatis definitionem, cuius nullum habet exemplum nisi controversum & principium petens. Judicet jam lector, an dicta illa affinitatis definitio, nullum probatum exemplum habens, proinde definitio sine probato exemplo, hanc controvrsiam dirimere posse.

Dicit Adversarius comprivignam meam esse immediatam carnem istius persona (novi partus) qua mea est immediata caro. Proinde verbis Germanicis querit: Ob ich wohl nehmen mag derer Person unmittelbare Blutfreundinnen welche Person meine unmittelbare Blutfreundin ist. Breiter: aducere queam novi partus consanguineam, qui novus partus meus est consanguineus. Respondi cap. 7 quod sic, quia novus partus quidem cum comprivignis communem habet sanguinem. Ille vero communis sanguis comprivignis non conciliat, novam nuptias impedientem affinitatem. Ubi ergo, nulla est affinitas nuptias impediens, ibi ob affinitatem non prohibentur lege naturali nuptiae. At inter comprivignos nulla est affinitas, nuptias impediens. Ergo inter comprivignos, ob affinitatem non prohibentur lege naturali nuptiae.

F

Erudito

Erudito ergò & benevolo lectori considerandum relinquo, annerationem mei adversarij rectè tetigerim, (vide quæ supra cap. 2. dicta sunt) & num ego, non ad calendas Gracias; ut dicit Adversa pars, sed Romanas probarim, de jure naturali licitum esse conjugium, quando novi partus consanguinei, comprivigni scil. inter se affinitatem non habentes, nuptias contrahunt.

3. Orat ut se non ita denigrem, sicuti in meo scripto feci. Resp. sape jam dixi me hunc animum, & hanc intentionem nunquam habuisse, aut habiturum posthac, ut aliquem denigrem, & qui me novit, te falsum dicere vel racente me affirmabit, verum si quis tales ponit premissas, unde conclusio aliquem denigrans sequatur, me esse extra culpam sepe affirmavi. Qui enim vult antecedens, ille improbare non debet consequens. Ego multa dixi invitus, quæ non dixisse, nisi gravem causam habuisssem. Conclusio sequitur ex premissis. Qui non libenter audit conclusionem, non debet ponere premissas conclusionem formantes. Sicuti benevolo & attento lectori constare arbitror. Possem illa repetere, quæ pañim attigit, causam locutionum quarundam probantia. Sed nolo cum per se illa constent, odiosa enim restringenda puto.

4. Acceptat quod dicam, non hic Quæstionem esse de articulo fidei, & querit cur ergò tot clamores instituam, cum liceat aliquando in re quapiam dissentire. Respon. sape fit ut quis privatam de re aliqua foreat sententiam, quam mordicus scripto publico non defendit, nec etiam alios in errorem ducit, neg. tertio res est multos concernens. Sicuti id exemplis notissimis illustrari posset.

Tu vero non tantum privatim hanc sententiam foviisti, sed & publico edito scripto, ut famam tibi conciliares pertinaciter defendisti, & sic multos sine dubio studiosos & iustos errare fecisti. Imo omnes Theologos, Ictos, & Consistoria arguis, concede-

concedere casum matrimonialem, lege naturali, ut illi a iuri,
non prohibitum; tu vero abominationem detestabilem & ex-
erandam esse, ob quam terra inhabitatores suos expellat, af-
firmas. Anne haec injuria tot clarissimus viris illata, debito Ze-
lo vindicanda fuit?

Et cogitare insuper debebas te adhuc studiosum esse, quem
talia facere non decet.

Imo viro ad officium aliquod publicum jam promoto, illa
non esset concedenda licentia, sed debito modo refrananda.
omnes Theologos, Ictos, & consistoria ob propriam imaginatio-
nem, & fictam affinitatis definitionem, abominationi & ex-
erandi erroris, sine solido fundamento insimulare.

Et licet non sit articulus fidei hac disceptatio, est tamen res
ardua, te ipso fatente in fine cap. 7. Brevissimi responsi, mul-
tum in recessu habens, tot clarissimorum virorum existimatio-
nem insuper concernens, sicut per se constat, & nullaratione
negari nequit. Si hanc ut privatam sententiam retinuerisses, nec
illam publico scripto mordicus defendisses, alio modo res hac
disceptari debuisset. At postquam sententiam tuam novam
publicè proposuisti, publicè illi contradicendum fuit, ne & alijs
recum, imprimis studiosi, tua informatione in Hebreis utentes,
in errorem: quasi nuptia complicitorum abominandum &
derestandum sint scelus inducerentur.

Ego quod in Defensione feci non semel, & in hac brevi
refutatione sepius, refero me ad illos quorum judicium & cen-
suram tu prior expetisti. Puto enim jam sati candido lectori,
de tuis meisq. fundamentis constare, ut jam sine difficultate
ulla, negotium hoc rectè decidi queat.

Judicium autem tale requireo non quod ab hoc vel illo
Theologo, ut gloriaris, Necessariam meam Defensionem, ac
brevem meam, Brevissimi iuri scripti, refutationem non viden-
te, forsitan obtines, qui certo respectu conatum tuum proclare po-

test, sed qui uertus h[ab]it scripta & sententias contulit, argumenta
tua & mea accuratè consideravit: contraria enim juxta se
posita clarissim elucentur. Et audit a tantum una parte judi-
cium rectè & plenè formari nequit. Referens enim & corre-
ferens simul audiendi, alias tantum datur approbatio, tacitā
subaudita clausula. Hinc judicem duabus auribus instrutum
esse debere, dixerunt non sine causa Sapientes veteres. Illius in-
quam Theologi, utriusq[ue] scripta legentis censuram exspecto. Et
quod saepe à me factum, ne non necessaria controversia hujus
reciprocatione opus sit, cum ex hac tenus dictis, dijudicari
satis queat, in nomine Domini

Compromitto.

ERRATA Typographica benevolus lector, pro suo
candore ipse corriget.




Licet enim comprivigni dicere quae
hic est frater noster, vel soror nostra. Et n
privignis recte dicat: Hic est frater meus
& contracto matrimonio: soror mea, du
Comprivigni tamen inter se considerati,
queritur, non propterea, nec sanguinem co
adversa parte conceditur, neq; novam na
affinitatem habent.

Hactenus enim inter eruditos omnes
generatione contrahi novam affinitatem;
sa est novi sanguinis, non nova affinitatis.

Adversa pars ob exemplum contro
vam affinitatis definitionem, cuius nullu
mis controversum & principium petens.
anfecta illa affinitatis definitio, nullum pri
habens, proinde definitio sine probato ex
persiam dirimere possit.

Dicit Adversarius comprivignam n
eam carnem istius personæ (novi partus)
diata caro. Proinde verbis Germanicis qu
nehmen mag derer Person unmittelbare
welche Person meine unmittelbare Blü
viter: anducere queam novi partus consa
vus partus meus est consanguineus. Respo
quia novus partus quidem cum comprivig
bet sanguinem. Ille vero communis sa
non conciliat, novam nuptias impedientem
ergo, nulla est affinitas nuptias imp
finitatem non prohibentur lege natu
inter comprivignos nulla est affinita
diens. Ergo inter comprivignos, ob
prohibentur lege naturali nuptiae.

F



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.